



MAGISTRIS DOCTORIBUS

Ad am

Super quibus apud nos fidedigno commendatis testimonio nos inducunt ut tibi reddamus ad gratiam liberales. Dudum siquidem omnia prestimonia prestimoniales portiones ac simplicia ceteraque beneficia ecclesiastica apud sedem apostolicam tunc vacantia et manente vacantium collationem et dispositionem iure reservavimus. Decernentes certum irritum et inane si secus super his a quoquoque quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptari. Et deinde prestimonia seu prestimoniales portiones aut simplicia beneficia ecclesiastica in parochiali ecclesia loca de Carancon Conchev diocesis per liberam resignationem dilecti filii magistri Ludovici de Cozres cleri Valacatus scriptoris et familiaris nostri de illo vel illa quod seu quavis tunc obtinebat in manibus nostris sponte factam et per nos admissam apud sedem predictam vacante nos de illo vel illa sic vacante et antea dispositionem apostolicam reservatam seu reservatam dilecto filio Alfonso Ortiz clero diocesis sub dat. videlicet 10 Julij Pontificatus nostri Anno Tertio decimo concessimus provideri. Cum autem dictus Alfonso concessioni gratie huiusmodi litteris apostolicis de super non confectis hodie in dictis manibus sponte et libere cessaret nosque cessionem huiusmodi duxerimus admittendam et propterea prestimonia seu portiones aut beneficia huiusmodi adhuc ut prefertur vacare noscitur nullusque de illo vel illa preter nos hac vice disponere potuerit sine possit reservatione et decreto obfistentibus supradictis. Nos tibi assenti dudum tecum ut non obstante defectu natalium quem patris de pbzo gentis et soluta clericali caractere insigniri et ad omnes etiam sacros et pbzative ordines promoveri ac divinum beneficium ecclesiasticum etiam si curam haberet annuatim obtinere valeat apostolica antea dispensatum teque postmodum dispensatione huiusmodi vigore dicto caractere ale rite insignitur fuisse ac dicti Alfonso ex parte nepotem existere premissis meritorum tuorum intuitu specialem gratiam facere volentes. Cetera quibusvis extirpatione suspensione et interdictione aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et penis auctoritate vel ab homine quavis occasione vel causa latitis si quibus quomodo libet unmodatus existis ad effectum presentium duntaxat consequendum. hanc seu absolventes et absolventis fore censentes prestimonia seu portiones aut beneficia huiusmodi cuius fuerit redditus et proventus quadraginta duorum annis de Camera secundum omnium estimationem valore annui ut etiam assensu non excedunt sine premissis sine alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per similes resignationem dicti Ludovici vel cuiuscumque alterius de illo vel illa in Roma Curia vel extra eam etiam oram Notario publico et testibus sponte factam aut assentionem alterius beneficii ecclesiastici quavis auctoritate collati vacet etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensem statuta Concilii ad sedem eandem legitime devoluta ac prestimonia seu portiones aut beneficia huiusmodi dispositionem apostolicam specialiter vel ale generaliter reservatam seu reservata existat et super eo vel ea inter aliquos huiusmodi status presentibus haberi volumus pro expresso teneat in causa dummodo eius dispositio ad nos hanc vice pertineat cum omnibus iuribus et pertinentiis sine dicta apostolica tibi auctoritate conferimus et de illo vel illa etiam providemus. Decernentes prout est irritum et inane si secus super his a quoquoque quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsitan est hactenus vel in posterum contigerit attemptari. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii pp. viij. predecessoris nostri et aliarum apostolicarum Constitutionibus ac quibus inter alia caetera dicitur expresse quod nullus prestimonia prestimoniales portiones aut simplicia beneficia in Civitate vel dicta diocesis Conchev obtinere possit nisi ecclesie Conchev Canonice actu prebendatus et certis alijs iuris expressis modo et forma qualificatus existat iuris ecclesie Conchev iuramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus. Quibus illorum tenore presentibus pro expresse habentes ille ale in suo robore permansurus hac vice duntaxat hanc seu specialiter et expresse derogamus quodque turpis ecclesie Conchev Canonice ac ale iuxta statuta et consuetudines huiusmodi qualificatus non sit contrarius quibusvis. Aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de prestimoniis seu prestimoniales portionibus aut huiusmodi specialibus vel alijs beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generalis dicte sedis vel Legatorum eius litteras impetraverint etiam si per eas ad inhibitionem reservationem et decretum vel ale quomodo libet sit processum. Quibus omnibus tamen assentionem prestimonia seu portiones aut beneficia huiusmodi volumus anteferi sed nullum verborum eis quoad assentionem prestimonia seu prestimoniales portiones aut beneficia aliorum presentium generalium Senti venerabili fratri nostro Ego Conchev vel quibusvis alijs communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum quod ad receptionem vel provisionem alicuius unum teneantur et ad id compelli non possint. Quod de prestimoniis seu prestimoniales portionibus aut huiusmodi vel alijs beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem provisionem presentationem seu quavis aliam dispositionem communiter vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Et qualibet alia dicte sedis indulgentia generalis vel specialis cuiuscumque tenore existat per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratie impediri valeat quomodo libet vel differri et de qua cuiuscumque tenore habenda sit in iuris litteris mentio specialis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolutionis collationis provisionis decreti derogationis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei ac beatorum Petri et Pauli Apolorum eius se noverit incursurum. Dat. Romae apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo quadragentesimo septimo Quarto Id. Augusti Pontificatus nostri Anno Tertio decimo...

Scp

M. Gracius

Exp. 10. septembris anno xij. hic Malabon p. magis.

L. Lambrecht
Voi. Ang. Cucum
A. J. J. J.

C. Bergerij pro an. dno 4.

A. Stancho p. an. 2
Reg. lib. pan. 84

Cas. de Thallinis p. an. dno duo fut. g. h. i. r.
G. de P. n. b. s.

A. Sep. 13. an. pro an. 66

Jo. Franc. de p. n. b. l. p. an. 81
Ac Maximus

B. J. J.

Jan. 2. x. 1779

Anno Incar. D. MCCCXXXIX die XXVI Julij R. f. Ludovicus p. n. s.
Cons. Cess. et tras. exp. fuit

Anno Incar. D. MCCCXXXIX die XXVI Augusti R. f. Alfonsus p. n. s.
Cons. Cess. et tras. exp. fuit

J. o. Cap. doria fo. pelletier

et et approbata in Roma Roma
mensis Junij anno 1548.
Hiten
brigeno
Iste sunt leg. ista per ff. d. r. de
Castro Epum com. ibi. die viginti quatuor
mensis 1558. et cetera. et cetera. sub
cruci. — Antonius Trigeno
Secretarius

Visse sunt ista. Et in civitate
Comit. Durano. 9. mensis
1558. anno 1564.
Ludovicus p. n. s.
Alfonsus p. n. s.

Actum

129

ad doria

brigeno

Illius

(4)

mau . r .
S

Jo. Cap. doria